

3. Exemplo Christi & nos juvemus pro facultate nostrâ alios.

4. Facit etiam ad consolationem nostram, quod Christus est destructor operum Diaboli.

DE II. LOCO.

Quidam ejectionem Diaboli videntium mirantur, quidam calumniantur, quidam signum de cœlo postulant.

V S V S.

1. Quemadmodum spectatores hujus miraculi, ita nec auditores verbi divini sunt unius generis.

2. Nihil tam benè agitur, ut à calumnijs sit liberum.

3. Ignominia Christo illata facit in nostram consolationem. Non enim est
Mat. 10. discipulus supra Magistrum.

DE III. LOCO

Mirantes, Christus, licet infirmâ fide essent præditi, fert æquo animo, signum desiderantes, objurgat. Adversus autem calumniantes se defendit 5. argumentis:
Mat. 12.

1. ab Effectu: *Omne regnum*

2. à Minori: *Si ego per Beelzebub.*

3. à Causâ finali: *Si digito DEI, &c.*

4. ab impossibili: *Cum fortis armatus.*

5. à Contrarijs: *Qui non est mecum &c.*

V S V S.